

NICOLAVS EVERHARDVS IVRISPERITVS.



Nicolaus in Frisia natus & educatus est, anno 1495. Is cum in Germania felicem operam literis nauaslet, postea in Italiam profectus est, ut & ibi hominum mores intelligere, atq; in terra, altrice artium, suam eruditionem augere posset. In primis autem Iurisprudentiæ incubuit, & in ea facultate Doctoris gradum iure obtinuit. Postea in Germaniam reuersus Ingolstadium peruenit, atq; ibidem publicè leges explicare incepit, anno 1541. In eo loco etiamnū anno 1563 iam septuagenarius magna laude pergit, et propter uirtutes sibi magnum nomen cōparauit. Genuit Nicolaus filios tres sibi quām similimos, atq; in eadem Iuris professione conspicuos. Nicolaus senior Ingolstadij leges exponit: Casparus in Camera judiciali Spiræ assessorem agit: tertius Georgius apud patrem existens libris incumbit. Hoc modo felix pater feliciorem prolem lātus agnoscit. Anon.